

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Konstanzer Wappen-und Geschlechterbuch - Cod. Karlsruhe 3108**

**Blaicher, Johann Casimir**

**[Konstanz], [2. Hälftes des 18. Jahrh.]**

Duces Allemaniae et Sueviae secundum seriem, 917-1268

[urn:nbn:de:bsz:31-76629](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-76629)

Alemannicus  
Duces Sueviae  
Secundum Seriem.

Extinctis Regibus Carolingicis, ab Imperatore  
Lothario Conrado I. iterum primus Dux Sueviae  
constitutus est

1. Burkhardus I. an. 917. & an. 925. occisus  
ab Hungaris. postea secuti sunt
2. Hermannus, prioris Successor in Thoro. an. . . .
3. Ludolphus huius gener, Ottonis I. Imperatoris  
Filius. an. 949.
4. Burkhardus II. Burkhardi I. Filius. an. 954.
5. Otto Filius Ludolphi. an. 973.
6. Conradus. an. 982.
7. Hermannus II. an. 997.
8. Hermannus III. prioris Filius. an. 1004.
9. Ernestus. an. 1012. in venatu interit. 1015.
10. Ernestus II. prioris Filius: qui ob perfidiam in  
Conradum II. Salicum Imp: commissam Ducatus  
dignitate privatus miserè perit an. 1090.
11. Hermannus IV. Frater Ernesti II. in Expedi-  
tione Italica peste obiit. an. 1098.
12. Henricus Conradi II. Imperatoris Filius: à quo  
post suam Electionem in Regem Germaniae Du-  
catum Sueviae obtinuit
13. Otto Comes Palatinus. an. 1045.
14. Otto Swinfurtensis. an. 1047.
15. Rudolphus de Rheinfelden: qui ab Hen-  
rico IV. Imp: Ducatum cum ejusdem Sorore  
Mathilda obtinuit. an. 1057. Perfidice  
+ à Proceribus erga suum Benefactorem, obijit. Oblatam Co-  
ronam Imperij insimulatus, et impugnatus ab

Henrico Imperatore occubuit in Palatio  
ad Merseburgum Comisso, an. 1080.

Caso Bertholdo Comite obtinuit a  
prefato Imperatore Henrico IV. Ducatum  
Sueviae cum Filia sua

16. Fridericus ab Hohenstauffen, n. 1102. *Ann. f. 80.*

Quamvis enim Bertholdus Comes Zeh-  
ringensis Gener. Bertholdi Ducatum Sue-  
viae semper protenderit, et etiam, quantum  
potuit, tenuerit: imò post eius mortem  
Principes Alemanniae in illis finibus centis  
Temporibus, eiusdem Filium Bertholdum II.  
an. 1099. Ducem totius Sueviae constitu-  
erunt: Neuter tamen unquam fuit in  
quieta Possessione: Sed Fridericus Ber-  
tholdum II. eo adiecit, ut relicto Ducatu,  
ipsi Turegum nobilissimum Sueviae op-  
pidum à manu Caesaris tenendum reman-  
eret. ex quo tempore etiam Nomen  
Ducis Posterioris Zehringensibus quasi hæ-  
reditarium factum est. *« Filius prefati Fridr. I. »*  
*« an. 1102. » Ann. f. 80.*

17. Fridericus II. ab Hohenstauffen, qui vitam  
produxit usque ad an. 1147. Scripsit se  
etiam Albatia Ducem.

18. Fridericus III. ab Hohenstauffen, postea  
Imperator huius nominis primus, Cognomine  
Barbarossa.

19. Fridericus IV. ab Hohenstauffen, sive de Ro-  
tenburg Filius Conradi III. Imp. in Expedi-  
tione Italica Cæte absumptus, an. 1167.

20. Fridericus V. ab Hohenstauffen, Filius Fri-  
derici I. Imperatoris, an. 1167. obiit in  
Expeditione Sacra, an. 1191.

21. Conradus II. ab Hohenstauffen, Filius &  
22. Philippus Conradi Frater: qui an. 1198. Imperator

9 secundogenitus  
Friderici I. Imp.

factus: ab Ottone Comite Witelspacensi occisus est. an. 1208. Not: Witelspachus erat Comes Bavaria valde potens.

23. Fridericus VI. ab Hohenstauffen: Henrici VI. Imperatoris Filius: postea Imperator huius nominis Secundus, scilicet an. 1219.

24. Henricus Rex Romanorum Filius prefati Friderici II. Imperatoris. an 1220. Huic ob rebellionem exauctoratus, et in Carcerem detrusus Successit ab Hohenstauffen

25. Conradus IV. Imperator, etiam Filius Friderici II. Imperatoris: an. 1254. respectu Familiae Stauffen, potest dici Conradus II. et respectu Sueviae etiam Conradus III. quem Secutus est

26. Conradus ab Italico Conradinus dictus Eiusdem Filii ultimus, simulque infelicissimus Hohen-

+ Die 8<sup>va</sup> post Pascha, id est 5. Kal. Sept. 1268. Augusti an. 1268. Comissum, ut scribit Blondus in Histor: ab Inclin: Rom: Imperij. Secad. 2. lib. 2. 8. et in abbreviat: Pij Episcopi. Lib. 19.

stauffianae Gentis Princeps, Captus enim in Calabria 29. Aug. 1268. cum Regnum Sicilia de- cuperare vellet, iussu Caroli Andegaviensis, una cum Friderico Austriaco, Neapoli 29<sup>na</sup> Octobris, an. 1268. capite truncatus est aetatis circ. 17. annorum.

Not: Friderici I. ab Hohenstauffen Pater erat Conradus Baro, ab Hohenstauffen Fundator Monasterij Laureacensis: Loxi 7. an. 1060. et Mater, H. Degardis Fundatrix S. Fidei in Schlettstatt. Avus autem fuit Henricus ab Hohenstauffen.

Et haec cum Conrado extincta Hohenstauffensi Familia fuerunt, supra videre est Imperatores, et Reges Romani: 1. Conradus III.

2. Fridericus I. Barbarossa dictus.

3. Philippus.

4. Fridericus II.

5. Henricus Romanorum Rex Filius Friderici II. exauctoratus autem, et in Carcerem detrusus, sub ob rebellionem vivente adhuc Patre.

6. Conradus IV. an. 1254.

*[Faint, illegible handwritten text in a cursive script, likely a list or index. The text is mirrored across the page, suggesting bleed-through from the reverse side.]*

*[Faint handwritten text visible on the right edge of the page, possibly from the adjacent page.]*